



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

150. Fer. 4. De Beatorum gaudio immenso de Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Conf. 2. Quomodo Deum ament amore beneficentiae: quia perfectio amoris est in opere, & effectu, ideo quidquid agunt, totum ad finem ordinant gloriae Dei, pro hac unice petunt, quod insinuat Apoc. 6. *Vindicta Domine, &c. destrue peccatum, ut salvetur peccator.*

Conf. 3. Quomodo ament Deum deificati sine fine: quia talis quisque est, qualis est ejus amor, eo modo, quo res a luce dicitur lucida, vel repercussione Solis in nube alter sol videtur. Et quia sicut Deus respectu nostri est invisibilis, sic respectu Beatorum dicitur inhabitare Deus caliginem, quia est incomprehensibilis: hinc sequitur, quod sic semper amplius amabilis, adeoque Deum amant ex toto, semper, & amplius, sine fine. *Disquiram quam appetitativè, quam zelosè, & quam constanter in amore Dei cresciam.*

MEDITATIO CL.

Feria 4. Domin. 4 post Pascha.

*De Beatorum gaudio immenso
de DEO.*

Videbo felicissimum amoris partum, et visione & amore Dei progenitum gaudium, ab immenso DEO implente omnes gaudio, ita ut non totum gaudium intret in gaudentes, sed totum gaudentes intrent in gaudio.

Feria 4. Domin. 4. post Pascha. 263

dium, tanquam majus. Petam illud intelli- gere, & consequi.

Conf. 1. Quomodo gaudium sit vitalis o- peratio voluntatis, complacentis sibi in re possessa: ut si mel dulcedinis infinitæ unire- tur palato, haberet gustum quasi infinitum, atqui Deus est infinites dulcior, cujus dulce- dinem non tantum sciunt, amant, aut desi- derant, sed experimentaliter eadem gaudēt. Et quidem primò de gloria intrinseca Dei; & quia magis Deum amant, quam se, magis gaudent de perfectionibus Dei, quam suis. Deinde gaudent de gloria extrinseca Dei, per Christum Deo exhibita, & B. Virginem, & o- mnes Sanctos. Aug. 1, 1. de Trin. ait: *Hoc est plenum gaudium, quo amplius non est, frui Deo, Trinitate, ad cujus imaginem facti sumus.*

Conf. 2. Quomodo Beati gaudebunt de gloria propria, quam habent in anima, in corpore; quòd sint liberi ab omni culpa, & pœna, quòd evaserint damnationem æternā, quòd repleti omni bono æternum. juxta il- lud Joan. 16. *Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis, gaudium invariabile, inamissibile, in- auferibile: quia pendebit non à creatura, sed à Deo, qui fecit jusjurandum daturum se no- bis per gratiam, per gloriam.*

Conf. 3. Quomodo gaudebunt de gloria cujusque Sancti, sicut de sua: quia hæc est lex chari-

264 *Feria 5. Domin. 4. post Pascha*
charitatis in coelis, gaudere de bonis alterius
sicut de suis. D. Anselmus ait: *Si cor hominis*
vix capit gaudium suum, quomodo capax erit tot
& tantorum gaudiorum? Tantum ergo crescent
gaudia in Beatis, quantum crescet numerus
Beatorum, quanta erunt gaudia Beatorum:
sunt autem gaudia Beatorum tam magna, ut
non possint mensurari: tam multa, ut non
possint numerari: tam copiosa, ut non possint
finiri: tam pretiosa, ut non possint aesti-
mari. O quantum erit hoc gaudium, quod
erit immensurabile, innumerabile, infinitum,
inestimabile! & quia majus Beatorum gau-
dium in coelis oritur ex majori abstinentia
gaudiorum in terris, resolvam me ad eam. O
gaudium super omne gaudium, gaudium vincens
omne gaudium, extra quod non est gaudium!
August. Soliloq. c. 32.

MEDITATIO CII.

Feria 5. Dom. 4. post Pascha.

De Beatorum infinita laude DEI.

Aspiciam os Beati cujusque, sicut citha-
ram chordarum innumerabilium, mira-
& incogitabilis suavitate laudantium Deum.
est enim effectus gaudij infinita laus Dei. Pa-
tam eam intelligere, & consequi.

Conf. 1. Cum major laus procedat ex ma-
jori amore, & gaudio, quod habetur de pe-
sopa